



R.D. Jacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

5. Super omnes speciosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

virg. Decemb. 29. Quae paulo aliter eodem tamen fecerunt referuntur in vita Beati Arnulphi, sicut reculimus explicantes illud, *Vt videntes Iesum semper collatetur, Ave Maris Stella.*

SVPER OMNES SPECIOSA DE PVLCRITVDINE B. VIRGINIS CORPORALI.

Affectus Caroli filii S. Brigittae erga B. Virginem. In hoc sancto Exercitio videtur versatus fuisse Carolus filius S. Brigittae, ideoque felicem nactus fuit mortem, protegente eam Beatissimam Virginem a demonum insidijs & assultibus, ob piam & frequentem memoriam quam habuerat gaudiorum & gloriae ipsius. Sic enim recitatur Beata Virgo in quadam revelatione facta Brigittae: *Dum hac anima in corpore erat, magnam charitatem habuit ad me, reuelans hoc sapienti in corde suo, quod me Deus suam Matrem dignatus sit facere, & quod super omnia creata voluit me exaltari: & ex hoc tanta charitate caput Deum diligere, quod in corde suo dicebat aliaque accidentia: At pulchritudo in timore & se: in tantum ego gaudeo, quod Deus Virginem Matrem suam habet super omnia charissimam, dignaque laude vera coram Deo, Angelis & hominibus, ideoque toto studio ambienda, & commendanda, quam ego in permutationem illius gaudii re- sperem, immo illud gaudium omnibus delectationibus terrenis praefertem; & si possibile esset, quod illa in uno puncto minimo a dignitate in qua est, remotior fieri posset, ego magis in permutationem eligerem in profundo inferni aeternaliter cruciari. Et ideo sic ipse Deo pro beneficiis gratia & illa immensa gloria quam dedit sua Mater dignissima in ipsa gratiarum ratio & gloria sempiterna. Hac Maria de Carolo attestata est, & habetur l. 7. reuel. c. 13. O miram benevolentiam, purumque affectum & pietatem erga Deipatam, propter quam non potuit perire tanta pietatis filius parthenicus!*

Affectus S. Brigittae erga eandem Virginem. Hunc autem pietatis affectum didicerat a Matre sua Brigitta; tantum scilicet pia valet educatio & instructio. Refert enim ipsa se quodam die coram Virgine gloriosa prostratam corpore, spiritu autem miro modo elevatam, huc aut similibus verbis eam compellasse: *O Maria, Mater Iesu, in te eternum benedicta, & benedictus Filius tuus Iesus, ob gaudia quae his diebus in me sum expertus, propter felicitatem quam in te conjecit, quod sis Mater eius honorificata. Testis mihi sis Filius tuus, qui omnium scrutator corda, an non magis te sine comparatione diligam, quam proprios natos meos? Et an non potius eligerem nunquam diem lucemque hanc solis percipisse, quam Mariam Matrem Dei, sicut est, non esse, immo quod potius optarem in abyssum inferni descendere, quam audire quod Maria non sit Mater Dei & Regina Universi. Hoc verò respondit Maria: O filia, certa sis quod Maria quam diligis, tibi longe melius proderit, quam tibi suspicari quodque filius tuus mille milibus melior Mater erit quam tu ipsi. Mira certe pietas, & digna quae Matris & filius inculcet. Alta merces Matris Mariae erga filios adoptiuos, puro anore in Matrem talem affectos, gloriaeque eius zelo typos.*

De exteriori specie corporis, quam ambit facinus lexis, qui solet esse philocolumus, adleric Sapiens fallacem esse & fugacem, ideoque in illa non esse gloriandum, nec animi mei adieciendum: *Fallax gratia, & vana est pulchritudo; ma- Venustus gratiosa, siue naturalis, siue adfectiva, et tollitur & evanescit, fallitur & fallit, brevis est & caduca; deperit per morbum, aetatem, laborem, ruit: caput Deum diligere, quod in corde suo dicebat aliaque accidentia: At pulchritudo in timore & se: in tantum ego gaudeo, quod Deus Virginem Matrem suam habet super omnia charissimam, dignaque laude vera coram Deo, Angelis & hominibus, ideoque toto studio ambienda, & commendanda, quam ego in permutationem illius gaudii re- sperem, immo illud gaudium omnibus delectationibus terrenis praefertem; & si possibile esset, quod illa in uno puncto minimo a dignitate in qua est, remotior fieri posset, ego magis in permutationem eligerem in profundo inferni aeternaliter cruciari. Et ideo sic ipse Deo pro beneficiis gratia & illa immensa gloria quam dedit sua Mater dignissima in ipsa gratiarum ratio & gloria sempiterna. Hac Maria de Carolo attestata est, & habetur l. 7. reuel. c. 13. O miram benevolentiam, purumque affectum & pietatem erga Deipatam, propter quam non potuit perire tanta pietatis filius parthenicus!*

Certe antiqui Patres & Sapientes, propter filiaciam hanc & fugacitatem, & pulchritudinem corpoream, quae ludibrium est temporis & aegritudinis, comparantur floribus vernalibus, qui extinguntur in suo tempore in suo perseverant decore. Quae Nazianzenus eam vocat, *Fragile bonum*, & dicit: *Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos, fit minor, & spatio capitur ipsa sua.*

Advertunt etiam nonnulli, illas mulieres quae sacris in literis a pulchritudine laudem habent, non men habuisse a floribus vel plantis. Sic Thamar idem est quod Palma, hae Abisalonis soror, ob venustatem ab Amnone fratre legitur concupita, & Reg. 14. Susanna idem est quod Lilium, in huius concupiscentiam ob pulchritudinem exarserunt Sees, Dan, 13. Esther, dicta Edessa, idem est quod myrthus, vel myrtheazhae ab Assuero maxime est adamata ob gratiam & speciem. His interim nominibus significatur, decorem & pulchritudinem mundanam esse sicut plantarum, florum, arborum, herbarum; fugacem scilicet, de qua dicitur possis: *Mare sicut herba transeat, vespere decidat, induret, & areseat.* Sic & de haedra loquitur vna no- ste exaltante dicitur in Hebraeo: *Filia nothi e- ras, filia nothi perit.* Et de Rosa, quae flos est vnicuique, suavulentissimus pulcherrimus, quia caducis tamen est decoris, eo die deflores quo floruit, canit Poeta:

Quam longa vna dies, atque tam longa rosarum. Quas pubescentes iuncta senecta premit.
Quapropter Rosa, sicut & alij flores, index est vanitatis mundanae incorporea formositate, & omnia alia caduca inanitate; cum vnius diei spatium solis respiciens, mox iis languidis in terram sternitur, solis ludibrium, ventorum sustamentum, pedum calcantium opprobrium. De hac re fat concinne loquitur Poeta Callus:

Exterior Corporis pulchritudo est fallax. Provo 31.

Comparatur floribus Vernis

Isa. 29. Iona 4.

Mariale,

Du



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

Du gentilsor sage Et du beau visage:

Que doit on sçavoir?

C'est au gemitere: Que ceste mariere:

Il faut aller voir,

Advertunt quoque interpretes sacri, id est pulchritudinem dici fallacem, quia multos fallit & decipit. Tum, quia fallit eos qui in ea gloriantur, & exinde superbiunt, & evanescunt in cogitationibus suis, immo ob eam incontinentiam se dedunt, de quibus Poeta.

Falsus inest pulchris, sequiturq; superbia formam, Lis estum forma magna pudicitia.

Tum etiam quia illos fallit qui ea capiuntur, reantur, deiciuntur. Sic fit ut pluribus sit pulchritudo tamquam velum oculis, laqueus pedibus, viscus alis, ignis vrens, morsus venenatus, oblivio rationis, tormentum libidinis, deceptio & deicatio infelix. Patet in filijs Dei, qui capti pulchritudine filiarum hominum, in libidines proruerunt caelo ingratas; hoc est in filijs Seth, qui amore filiatum Cain illecti, caelo vindice sunt plexi. quando omnis caro corruerat viam suam. Id ipsum parit in filijs Israel in defecto pulchritudine filiarum Moab deceptis, & ad idololatriam devolutis Item in Principe Emor Dixit specie ad stuprum infelix proruent. In Holoserne a iudith obruncato. cuius oculos antea ei eripuerant non solum species vultus, sed & ipsa sandalia. Denique in senibus quibus exprobratur: Species deceptite, & conficentia subvertit cor tuum.

Nam 25

Dan 13

Interim quamvis corporis pulchritudo, quae consistit in congrua membrorum proportione, & grata lineamentorum dispositione, ac coloris suavitate, sit fragile bonum, & inter inferiora bona computetur, est tamen Dei donum, quod ad Deum ducere potest, & ad ipsam referri debet. Et saepe

Est summa forma corporis in dex est & specimen formae animi. Illud vero donum, quod hic in terra est fragile & imperfectum. in caelo stabile erit & perfectum. Ibi enim erunt omnia decora, pulchra fulgida, tam animae quam corporis; quia corpus humanitatis nostra configurabit. Saluator corpori claritatis sua, absterget omni deformitate, dataque ei quadam videbunt oculi nostri, etiam corporei, Regem in decore, Regem, inquam, illum, de quo dictum fuit: Species tua & pulchritudine intendo prospere, proceat & regna, qui & speciosus torquet ut Sal. O quam speciosa corpora ei confitebitur & in Martyribus ipsae cicatrices & vulnera decore miro fulgebunt, & afficient merito gaudio irruentes! O quanta pulchritudo Regum glororum & Virginum, Regem sequentium & Agnum in stolis candidis & decoris, hoc est, in gloria corporis! An non tibi omnia speciosa, quae ad quidem ipsa civitas dicitur aurum mundum in stellas virti pellucidum, portae & muri ex lapidibus pretiosis? Ideo in laudat Rex & Propheta: Domine

ne dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae.

Coactus etiam quae quandoque fuisse legitur demon hanc agnosceret quam deseruit pulchritudinem caelestem. Nam refert Th. Cantiprat se exercitasse mulierem obfessam a demone, & inter cetera interrogasse eundem. Etsi illa tam pulchra Patria caelestis quam pyrri distit? Respondit autem: In infinitum pulchrior quam dicitur. Subiecit Episcopus ille: Velles ne redire ad illam spesses? Cui ipse: Vellem, inquit, ut possim, etsi me usque in diem iudicii omnia excogitavi a supplicia pati oportere.

Sed ut ad Mariam nosse propius recurat sermo, de qua hic canitur, Gaude Virgo gloriosa super omnes species, dicimus quod cum species & venustas Dei donum sit, ea Dei non fuisse denegatis, quandoquidem illum parere debebat, qui est speciosus forma praesentis filijs hominum, quatinus hoc filio debuit conformari. Ita que super omnes speciosa dicitur tripliciter pulchritudine.

Primo, ob pulchritudinem naturae, quae membrorum integritatem & proportionem, apertissimam que figuram, & coloris suavitatem Virgo exhibita nacta est, & celesantur sancti Patres, & passim ecclesiastici scriptores. Unde de utraque pulchritudine tam spirituali quam corporali intelligunt illud: Tota pulchra es amica mea. & macula non est detecta in te. Quod quidem videtur particulariter innotate naturae illud in eodem capit. Quam pulchra es corpore sci. Cantiprat dicit non fuisse in ea, quia nec in anima, nec in corpore.

Dion. Chartusi extaticus Doctor dictus, sic hac de re differit. A plantae pedis usque ad verticem nil penitus fuit in Virgine, neque in corpore, neque in anima indecorum, indecens, reprehensibile: immo rebus sum fuit sapientia circino formatum, pulcherrimum circummesum ab omni superfluitate, penitissimum ac sanctissimum operatum: Rationem ipse hanc subiecit: Consideratione dignam. Nempe sicut Christi humanitatem propter eius personalem cum Deo unionem, deicit omni perfectione naturae & gratia in termino excellentia praesurgere: Ita ipsius Dei Genitricis personae post unigeniti filii sui humanitatem sporebat in omnibus sic ornari. Quoniam post hypostaticam cum Deo continuationem, non est alia tam vicina virtus Mariae Dei cum Deo filio suo. Hanc ipsi rationem demonstrat cap. 34. de Laud. Virg. adiungens & auctoritatem Henrici de Cassia in eundem sensum. Rich. de S. Victore etiam disertè dicit, quod sicut Maria habuit Angelicam puritatem, ita vultum quoque Angelum, cum demonstravit. Nempe interna mentis pulchritudo se in corpus transfundebat, quae fiebat ut divina eius puritas & sanctitas luminosa in facie radiaret.

Tradunt nonnulli S. Dionysium à S. Paulo conversum à illum fuisse ad B. Virg. eaque vultu, tan-

WANTIG

ta suavitate, tanta admiratione fuisse perfusum, ut
plurimum mortalem existimasset, & adorasset di-
vino quodam honore, nisi aliter à Sancto Paulo de-
claratus fuisset. Tanta nimirum erat in eius

Testimo-
nium S. fecit Epistola, in qua hoc ipsum testatur S. Dio-
Dionysius aitens ad S. Paulum, quam recitat Chri-
de pul-
cit Dionysius: Ductus fuit ad deiformem presentiam
sine ex-
altissima Virginis, & tam me immensus divinus
virgine B. splendor circumfusus exterius, & plenius irradiavit
his. Deit. superabunda vit fragrantia, ut nec corpus infelix, ne-
o. 19. que spiritus possit totius ac tanta aeterna felicitatis in-
pide in signa sustinere. Defecit cor meum, desecit & spiritus in
31. pro- tanta gloria maiestatis oppressus. Testor qui aderat in
var. ver. Virgine Deum, si una divina concepta mente non me
30. docuissent, hanc ego vitam vitam esse credidissem.

Ignar.
lib. de
divinis
nom. c. 3, quod
Auctorem vita, Deumque in se suscepit.

Facies
V. ab
Angelo
depicta.

Historia
de pul-
chritu-
dine eius-
dem Vir-
ginis 1.

Frater Ioannes Fresolanus, Dominicanus, inter
primos sui seculi pictores estimatus fuit. Hic ve-
rò pro more habuit, ut nunquam Crucifixi aut
Deiparæ Imaginem pingere, quin in gaudia pro-
stratus Deum precaretur, ut pincellum regeret, quos
stratus Deum precaretur, ut pincellum regeret, quos
sum pietatis ingenerarent animi intentum. Inter
ceteras Imagines Deiparæ eminet una. Annunciatio-
nis mysterium representans. Quam cum vidit Bon-
recta sua gratia Princeps pictor, asseruit eius auctori in
ca pingenda ostensam faciem Divæ Virginis in eo
splendore quo nunc radiat in celo. Tanta scilicet erat

divini illius vultus pulchritudo.
Quoniam nulla videtur maior esse posse gloria Beato-
rum, quam felicitas illa, quam ego infelix nunc tunc
autem felicissimus degustavi. Quicquid sit de hac
Epistola, an S. Dionysii sit (quod pressius peritis
examinaandum relinquimus), illud certum primos
Christianos continuo flagrasse desiderio videri. Angeli in celo, & Beati venerantur in propria
specie, & cum ipsi caneremus: Gaudet Virgo glo-
riosa, super omnes speciosa.

Sic in Laudunensi ditione in Gallia celebre est tē-
plum nostræ Dominiæ de Lætitia à Regibus hono-
ratum, & donis regis adornatū. Ibi vultus Imago
Deiparæ ab ipsamet de celo delata, & donata. Sic cō-
pendio referitibi Historia. Cùm sub annū 1134. tres
equites S. Iohannis Ierosolymitani, nobiles, Laudunen-
ses, in Ægyptum appulissent captivi in horrendū car-
cerem Cæsari à Sultano conclusi sunt, atque ibi variè
tentati sunt, ut Eodem Christianam abnegarent. Te-
runt in fide firmi effecti, ob pietatem in Deiparâ ab illa
multo lumine decora, & celestium Angelorum multum
dono stipata inveniuntur. Et tandem in carcere ducentu-
tur, cooperante quadam famina nobili, quam instrua-
runt in carcere ad fidem Christianam, & ad pietatē in
erga Mariâ Deiparâ. Virgo autem pro symbolo prote-
gionis dedit eis Imaginem suam exsculptâ. Virtute il-
lus, mirabile miraculo & auxilio, in patriâ redacti
sunt, aut potius in delati una nocte post iter aliquot bo-
rarum comitante diâ nobili muliere, quâ baptizata
nomen Mariæ accepit. Et sanctissime vixit ante
autem Imperia dominabatur. Exinde ad hunc Nobilibus
infundit proprio adificata fuit Ecclesia, in qua & in-
prædicta Imago reposita est cum solennitate ab Epi-
scopo Laudunensi, ubi & plurimum mirantis claruit.

Si Florentiæ in Italia colitur. Imago Beatæ
Virginis Annunciatæ, multique fulget miraculis.
Credidit autem ab Angelo delineata esse & ex-
pressâ. Nam cùm pictor corpus Virginis suo ex-
pressisset pincello, ac diu hæreret cogitabundus,
quam faciem tanta dignam Virgine depingeret.
immo pietatis & reverentiæ affectu erga talem
Martem impulsus, rem Deo commendaret: divi-
nitus nocte insequente facies adpicta fuit venera-
bilis & speciosa. Iaque non nisi Angelico factum
ministratio, & communis traditio, & miracula
confirmant.

In Historia quoque Deiparæ Montiserrati istud
narratur, quod tubijcio. Cùm acerius ab Abbate
loci egregius pictor, ut Deiparæ Imaginem miraculo-
sam repararet, oportet certis locis reparacione indigen-
tem vultus pincellum a movit, cùm illud cæcus fa-
ctus est, & tres menses cæcus permansit, non obstanti-
bus continuis pro eo ad Virginem fuis precibus. Tan-
dem post tres menses, cum religiosi vinem canerent Hy-
mnum, Ave maria stilla, & peritis sunt ad illum ver-
sum, Profer lumen cæci, repente visus facultatem

latitiam exortâ, ita in his captivis ob liberationem
tum in eorum propinquos ob congruat accionē, tum in
Episcopo & Fidelibus ibidem depicta, ob suavitatem baptis. S. Lucas
mam celestem, tum denique in omnibus ob insignem primus
pietatem in Mariam Virginem Dei Matrem, omnis effectus
latitia nostra causam. Deiparæ
Primus qui effigiem Deiparæ in Orbe depinxit, & depinxit.
& colendam proposuit, fuit S. Lucas artis picto-
32



rix gnatis. Hic familiaris fuit Virgini, & ab ea creditur didicisse mysteria infantiae Christi, quae speciosissime praeter ceteris Evangelistis enuntiavit. Voluit autem ipse per Imaginem veterari cum ea quam desiderabat, quod ferventissimi amoris est signum, inquit Metaphrastes. Eam porro exhibuit, prout erat, gravi, decorata, venerabilis, & augusta pulchritudine. Nec vnam tantum expressit ad vivum Imaginem, sed varias, quae diversis in locis venerationem habent. Quas qui intuetur cum pietate, vere potest dicere: *Gaude Virgo gloriosa, super omnes speciosa*, Roma plures possidet. Nam in Sancta Maria Maiore visitur illa quae per urbem a Sancto Gregorio in Processione circumlata sedavit peltam. Angelis cantantibus, *Regina Cali lazare alleluja*, Alia visitur in S. Maria de Ara caeli, in S. Maria ad campum Martium, in S. Maria in via lata. Est & altera Neapolitana in Templo S. Mariae Maioris. Denique, ut de nostro Belgio aliquid dicamus, est & vna quae pie creditur Sancti Lucae penicillo expressa Cameracensi in templo Archiepiscopali, quae augustam habet faciem, & pictoribus inimitabilem, ut multi peritissimi pictores fassii sunt, eam propius contuentes. Ibi autem colitur cum pietate & magno populi concursu singulis Sabbatis, & vocant *Nostram Dominam de Gratia*. Possunt ergo & Cameracenses Canonici, & incolae loci, metiri & illud canere: *Gaude Virgo gloriosa super omnes speciosa*.

Pulchritudo Virginitatis nomen in se habet, quod illi motus pro vocavit.

Illud pro conclusione hic non est omittendum quod licet Maria corpore pulcherrima fuerit, tamen donum a Deo accepit, ut nemo eam concupisceret, quin potius eius faciei ad speculum illucis motus in alijs extingueret. Erant eius oculi velut duae faces amoris casti & lucidi, concupiscentiae caliginem in aspicientibus fugantes. Propterea dicitur *Quasi Myrrhae casta*, non solum ob suavitatem odoris quem spirabat, sed etiam quia sicut Myrrha a corruptione praeservat; ita Maria castitatis odore intuentium corda a libidine eximebat. Haec eius praerogativa singularis; nam aliae Virgines a se concupiscentiam potuerunt pellere, ab aliorum corde & oculis non potuerunt. Sic fecerunt homines exarserunt in Agnetem, Luciam, Agatham, in Mariam nemo. Quare illud ei convenit: *Sicut Lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*. Quasi diceremus: Haec est differentia inter Mariam, & alias Virgines, quod illae suam pulchritudinem, quasi spinae poterant pungere intuentium corda: Maria quasi Lilium sine spinis, neminem suorum decore. Ergo & in hoc, & propter hoc, hinc Titulus debetur, **SUPER OMNES SPECIOSA**.

DE PULCHRITUDINE VIRGINIS SPIRITVALLI

De pulchritudine spirituali praecipue illud intelligendum venit, quod de Virgine canitur *Super omnes speciosa*. Quocirca de illa maxime verum est illud: *Multa filia congregaverit divitias, tu supergressa es universas*. Filiae huius mundi ad decorem congregant sibi multa ornamenta pretiosa & speciosa; & in his earum consistunt divitiae, ibi thesaurus in quo animus & cor figunt. Et quia multiplicia admodum sunt haec ornamenta, *Mundus mulieribus* vocatur. Ad hunc effectum congregant, & in arcibus suis recludunt sollicitate torques & monilia aurea, armillas & mitras, discriminalia & perthelides, mucronulas & inauras, annulos & gemmas in fronte pendentes, acus & specula, mutatoria & pallia, syndones & vittas, & therista. Unde Iudith nonnulla ex illis assumptis ad castra Holofernis procedens.

At Filiae Dei congregant spiritualia decorem. Ita multivaria, pro animarum decore & specie. Habentque ipsae sua monilia, & torques, & inauras, & armillas, & perthelides & fascias pectorales, & dextralioia, & sandalia, & lunulas & specula, & pallia, & theristras, & annulos, & gemmas, & vittas, & mitras, & corollas. Haec enim sunt varia dona gratiarum, quibus se adornant, ut Deo placeant & sponso; quae & sollicitate coaccervant, & pretiosae coaccervant, ut apud se semper habeant Mundum caelestem, non Mundum mulierum. De his divitijs spiritualibus recte intellexit illud: *Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas*.

Pulchra fuit filia, & admodum opulenta his monilibus pretiosis S. Agnes, quae de sponso suo dicebat: *Dexteram meam & cellum meum circumspiciam, ut loquar tibi, et dabo tibi auribus meis in aures tuas margaritas. Induam te cyclade auro texta, & immensis monilibus ornabo te, circumdabo me vernantibus gemmis, annulo suo subarrhabo me, & quasi sponsum decorabo me corona. Quid amplius dicere posses? Quid est sic ornata pulchritudo & splendore & specie superas, o Virgo gloriosa!*

Idem dicere poterant Caecilia, Catharina, Lucia, Agatha, quod Agnes, & multae aliae filiae pulchritudinis & ornatae, quae sibi congregaverunt divitias omnigenas virtutum & gratiarum, quibus Sponso caelesti placerent. Nos vero adiecit mus, o MARIA Tu supergressa es universas. Denique, idem dicere poterant multae filiae Regum, quae regnum mundi, & omnem ornatum saeculi contempserunt propter ornamenta caeli, & propter amorem Domini nostri Iesu Christi, accedentes illud Apostoli Petri: *Non sit exivis facus capillamentum, aut circumdatio auri aut indumentum vestimentorum carnis*.

WANTIG